



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 108. Rhemensis Decanus a Maduano Duce Romam ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A. C. 1589

§. CVIII.

*Rhemensis Decanus a Maduano Duce
Romam ablegatus.*

*Thuan. l. 95.
Mem. de la
Lig. t. 3.
pag. 331.*

Nec minus anxium ea, quæ Romæ gesta fuere, Maduanum Ducem reddebant; cum enim ex nuntiis inde acceptis haud obscure cognosceret, quod Papa tandem Henrico III. veniam indulgere propensus esset, nil magis necessarium arbitrabatur, nisi ut & inle Petrum Frizonium Rhemensem Decanum ablegaret, cui etiam die septima Aprilis literas committebat, quibus proborum Catholicorum nomine Sanctitatem suam rogabat, ne eis necessitatem imponeret sese ejusmodi Regi submittendi, qui nil aliud quæreret, quam religionis subversionem, & ipsorum exitium, ac prout nuper summa perfidia ipsius fratres, Guisium Ducem & Cardinalem occiderat, sic ipsum subornatis in perniciem percussoribus pari scelere de medio tollere conatus esset.

Insuper ad ceteros suos Oratores perscribens præcipiebat, ut apud Pontificem intercederent, ne absolutio de cæde Cardinalis Guisii, & Henrici Lotharingii Guisii Ducis Blæsis patrati Henrico Valesio a sacra Sede detur, si vero nihilominus illa ei a Papa concederetur, mox protestarentur, ut sic ipsi

ipsis liberum foret habita potentissimæ Sæcul. XVI.
 familiæ, & atrocitatis injuriæ ratione, A.C. 1589.
 armorum via, & quavis alia ratione,
 etiam implorata Catholicorum Princi-
 pum sibi sanguine, & cognatione jun-
 ctorum ope, jus suum prosequi, insu-
 per iisdem mandabat, ut & protesta-
 tionis ita factæ documentum sibi tradi
 postularent, præterea ejusdem argu-
 menti mandata cum iisdem clausulis
 iisdem procuratoribus injungebant An-
 na Atestina Nemorsia Guisianorum
 Mater, ac Catharina Maria Monpen-
 seria eorum Soror, necnon Catharina
 Clivia Guisii Ducis Vidua: porro cuncta
 hæc præcipiebantur Maduani Ducis,
 Aumalii Ducis, & Equitis nomine.

§. CIX.

*Regis obtentus ad recusandam
 Præsulum captorum libe-
 rationem.*

Eodem tempore, quo nova hæc Du-
 cis mandata Romam deferebantur, Spond. hoc
ann. n. 10.
 Cenomanensis Episcopus a Franciæ Rege
 literas accepit, quibus summo Pontifici
 significare jubebatur, quod Cardinalis
 Borbonii liberatio minime obtineri pos-
 set, quin majores motus excitarentur,
 quoniam perduelles eum quantocius in
 Regem creaturi forent, nec idem in
 manus Legati consignari valeat, eo-
 rumque Yy quod
Hist. Eccles. Tom. L.